

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Henrici Clavigeri obergebricensis, in libellum Ioannis Manlij, ad lectorem
Carmen

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

HENRICI CLAVIGERI OBERGE
bricensis, in libellum Ioannis Maalij, ad
Lectorem Carmen.

EXtem scripta licet, multo congesta labore,
Manlius ingenio quæ dedu am è suo:
Sed tamen haud renuit reliquos uulgare libellos,
Quos tua composuit docte Philippe manus.
Huc ades ergò cohors, lepidum studiosa libellum
Præsentem assidua & uolue reuolue manu:
Plenius Ausoniam si mens est nosse loquelam,
Qua sine uix fragilis uita manere potest.
Est nec quod lingua Momi mouere dicaci,
Quæ pudet haud summos carpere sepe deos.
Iam si Meonides, Vatum pater, ipse rediret,
Tutus ab insidijs non tamen esse queat.
Ad te sed redeo tandem doctissime Manli,
Et moneo studium continuare uelis.
Id bene cum præstes, merito celebraris honore,
Et summi pietas est tua grata Deo.
Inde tibi nomen longos durabit in annos,
Hinc potes à sera posteritate cani.
Quod superest, ueris precor optima numina uotis
Ut uiuas Pylij secula longa senis.

Vale.

PAVLI CHERLERI ELSTERBVRGEN-
fis, studiosi, Carmen: in epistolas D. Philippi Me-
lanchthonis piæ & sanctæ memorię, ab industria
& diligenti viro IOAN. Manlio, amico
suo, collectas, & in lucem editas.

Qui tibi nuper, studiosa turba,
Vt tibi pulchrum studio uolumen
Condidit, duri patiens laboris

Sedululus auctor:

Iam nouum fautor tibi fidus idem
Edidit librum: bene qui uocari
Aureus possit, quia dona portat

Aurea nobis.

Namq; cum Virtus semel incalescit,
Que bonis gaudet nituisse factis:
Non latet, pulchræ neq; conquescit

Laudis amore.

Grata sed cum sint docili iuuentæ,
Et uiris doctis, tenerisq; Musis,
Cuncta quæ magnus peperit Melanchthon,

Aurea scripta:

Quæso quis Lector dubitet benigne,
Quin opus præsens sit & hoc futurum
Omnibus gratum, sua qui dederunt

Nomina Musis?

Cumq; per sese niteat uenustis
Floribus, prægnetq; alijs opimis

Fructibus,

Fru ctibus, porro uaga quid iuuabit
Fundere uerba?

Huc Apis quare studiosa quæuis
Aduola, pingues age fuge flores:
Mellis hinc uena liquidi perenni

Copia currit.

Vnde pinguesces animo beato,
Vnde defuges bona uera sano
Corpori: floret generosa uirtus

Vnde triumphis.

Interim grates tibi docte Manli,
Quem meos inter numeros sodales
Intimos, debet studiosa Phœbi,

Leta iuuentus.

In sinum cuius modò delicatum
Munus effundis: uirides in hortos
Cuius et nunc alucolos reponis

Melle fluentes.

Fortè si crabro tibi, siue mollis
Obstrepet fucus, quid enim? ferendum est.
Namq; Virtutis comes est perennis,

Pallidis osor.

Perge, cœpisti pede quo secundo,
Progredi semper: modò quod negabit
Mundus ingratus tibi, grata reddent

Sidera cœli.

Basilea, ex ædibus D.D. Simonis
Sulzeri, Anno 1565.

77
Ergo quod dicitur in libro
Tandem non est
Hinc Apis dicitur in libro
Adhuc dicitur in libro
Mellis dicitur in libro
Copia dicitur
Vnde dicitur in libro
Vnde dicitur in libro
Corpori dicitur in libro
Vnde dicitur
Interim dicitur in libro
Quem dicitur in libro
Inimicus dicitur in libro
In libro dicitur
Munus dicitur in libro
Cuius dicitur in libro
Fortis dicitur in libro
Obsequium dicitur in libro
Nomen dicitur in libro
Fellis dicitur
Paga dicitur in libro
Proter dicitur in libro
Mundus dicitur in libro
Ergo dicitur
Ergo dicitur
Ergo dicitur